

COMMENTARIA
PETRI PECKII ZIRICÆI

L. C. clariss. olim in magno Senatu Belgico
Consiliarij & supplicum Libellorum
Magistri ordinarij, in omnes titulos
ad rem Nauticam
pertinentes.

*Recens emendatius quàm antea edita, una cum
summarijs & indice locupletissimo.*

Titulorum Catalogum sequens pagina indicabit.



HAGÆ-COMITIS,
Ex Officinâ Hildebrandi Jacobi,
Anno 1603.



Est in Sæc. I. h. v. Salm. ex dono Regum



**Commentaria in hos Pandectarum
Titulos hoc volumine continentur.**

- Nauta, caupones, stabularij ut recepta re-
stituant.* pag. 10.
De Exercitoria actione. pag. 53.
Ad legem Rhodiam de factu. pag. 144.
*De Incendio, Ruina, Naufragio, Rate,
Nave expugnata.* pag. 210.

In Titulos Codicis hos:

- Auth. Navigia. C. de furtis.* pag. 263.
*De Nauticularijs sine Nauticleris publicas
species transportantibus.* pag. 268.
De Nautibus non excusandis. pag. 276.
De Naufragijs. pag. 278.



Augustinus in hoc volumine continetur.



AMPLISSIMIS CONSUL-
LIBUS SANCTOQUE SENATUI
FLORENTISSIMÆ VRBIS
Ziricæanæ,

P. Peckius Ziricanus } C. S. D. P.

MArcus Tullius Cicero : Eó est, inquit,
Amplissimi Viri, omnis vitæ nostræ
ratio transmittenda, vt magnam no-
minis nostri famam ex maximis in
in patriam meritis collatis, posteris re-
linquamus. Quod cum latius mecum
perpenderem: atque humanæ vitæ originem ortusq;
nostri locum ad animum subinde reuocarem, etsi om-
nibus virtutibus affectum me esse cuperem, nihil ta-
men fuit optatius, quàm vt omnibus quàm gratissi-
mus erga Remp. vestram, florentissimorum homi-
num, fortissimorum virorum, optimorum ciuium co-
pia refertam, esse cognosceret, quæ non solum nos
maioresq; nostros orbi exhibuit: sed innumeris vbi-
que atq; promptissimis beneficiis prosecuta est. Nul-
lum enim fuit tempus, neque honorum, neque studio-
rum meorum, in quo non vel salutis vel dignitatis
meæ studiosissimam, cupidissimamq; non tacita
opinionem, sed perspicua declaratione cognoui. Quid
hîc referam quanto Laureatum honore sitis prosecu-
ti, quanta ad vos humanitate venientem excipitis?
Sanè si Marco Valerio Volesi filio, quod Sabinos fu-
dit, fugauitq; & castris exiit, locus in Circo ad spe-
ctandum in sella Curuli permissa est: si C. Duilio quod


PETRI PECKII ZIRICÆI
IVREC. AD EAM IVRIS PARTEM
quæ de re nautica tractat Commentarij.

IN TIT. IX. FF. IIII. VT
nautæ, caupones, stabularij recepta
restituant.

R V B R I C A.

Summæ rerum.

- 1 Nautæ, caupones, stabularij, genus hominum im-
probum.
- 2 Triboniani negligentia.
- 3 Stabulum & caupona quid sit remissiuè.

 VM Romanus Prætor, crescente
indies hominum malitia, raram
inter mortales fidem consistere ani-
maduerteret, & (vt ille ait) non
hospes ab hospite tutus esse inci-
peret, vtilissimum id edictum propofuit, quo ad-
uersus tantam improbitatem atque perfidiam
prospiceretur; Idq; eorū quidem præcipuè caus-
sa, quorum fidem plerunque coacti atq; necessi-
tate quadam sequimur: † genus hominum im-
probum, quosq; aduersus bonam fidem merca-
torum & jus gentium, cum furibus, contra eos
quos recipiunt, sæpe numero coiuisse, multorum
calamitate euidentissimum euasit. Quod si verò
(vt fieri potest) magistri ipsi & penes quos pri-
maria totius exercitij cura est, bonæ fidei fuerint,
& nullo crimine irretiti: certè familiam tamen